

LÆTITIÆ REDUCES

SUSPICIIS

VIDUATÆ PATRIÆ PRÆCONE APOLLINE,
ANNUNTIATÆ,

ET

CELSISSIMO AC REVERENDISSIMO
S. R. I. PRINCIPI,

DOMINO DOMINO

FRANCISCO ANTONIO,
ARCHI-EPISCOPO SALISBURGENSI,

S. SEDIS APOSTOLICÆ LEGATO NATO, GERMANIÆ PRIMATI,
S. R. I. PRINCIPI AB HARRACH, &c. &c.

DOMINO DOMINO CLEMENTISSIMO
DECANTATÆ

AC IN STRENAM OBLATÆ

A MUSIS BENEDICTINIS SALISBURGENSIBUS CALENDIS JANUARI ANNO M. DCC. XIX.

Dum juga, dum saltus nuper confusus oberro,
Squalentisque nigro circumdor noctis amictu
Anxius, & doctos nequicquam quero recessus
Castalidum, viduasque gemo sine Numine fedes
Collis Apollinei (fama est, tellure relicta
Ad superos rediisse Choros, & adeste frequenti
Concilio iustos Procerum, queis cudere fata
Terrigenum fas est, & leges scribere Paris.)
Ignotasque vias per opaca silentia scutor;
Heu! quam mæsta meas, quam lamentabilis aures
Vox ferit! horresco totus, timor occupat artus,
Attonitumque tenet; donec vicinior orbi
Jam nostro humentes Aurora fugaverat umbras
Illumi eluctata Polo, cæcisque tenebris,
Et mihi, *Salzicola* inter quæ prima puellas,
Monstrârat Nympham, complentem plantibus auras.
Hæc suffusa genas lachrymis, & pectora palmis
Tunsa, resorbent magni suspicia luctus,
Crudelesque Deos, crudeliâque astra vocabat,
Et tota undoso deformis & horrida luctu
Sese dumetis sylvestribus occultabat.
Haud aliter Sociâ vidua Columba Marto
Luget, & excusis abjecta, & squalida plumis
Delidet in lucis, & tristis murmure fata
Incusans, nimis replet nemus omne querelis.
Non procul inde salix exesæ margine ripæ
Stabat opaca, cui jam longa aspergine fundum
Concretasque vagus subtraxerat amnis arenas;
Ipsaque pendebat jamjam casura, cadentique
Adsimilis, sed adhuc passim radicibus actis
Fortiter affultus rapidæ vincebat aquai.
Huic Trunco incumbit, lævæque innixa lacerto
Tristis, & indomitos vultu testata dolores,
Effundit tales, illis pectore questus:
Delicium nostrum, FRANCISCUS, Amorque recessit!
AUSTRIA Pastorum Columen, Pecorisque Magistrum
Subduxit; nostræ quondam soror invida forti
AUSTRIA, dum nexus (superi voluere) jugales
Solvit, & æternos nobis transcripsit amores
FRANCISCUS, dixitque suam, propriamque dicavit.
Si fruatur insidias Miles prædator Ovili,
Et nobis frustra Clamantibus auferat agnos,
Aut alius laxis abigat Pecus omne capitris,
Quis sese opponet forti prædonibus ausu?
Si lupus atroci conturbet ovilia rictu;
Quis feret Auxilium miserè balantibus agnis,
Seminecémque trahet crudeli ex gutture prædam?
Nam primis dum nondum infans pubesceret annis
FRANCISCUS, non philtre illum leviora movebant;
Non ludi puerilis amor, sed fortior illi
Mens erat, & vitæ prænuncia signa futuræ
In pueri gestu, inque habitu jam expressa patebant.
Non secus, ac deserta inter, memorumque recessus
Intrepidus solet ire Leo, quanquam ardua nondum
Crispentur, vel colla iubeis, aut asper adunco
Horreat ungue pedes, vel dentibus ora rigescant;
Ille tamen tacitis naturæ impulsibus actus
Securus sylvas inter, lucosque pererrat,
Certaque venturi gerit argumenta vigoris.
Sic illum, dum primus adhuc in pectore sanguis
Ardet, & incensæ calido flagrat igne juventæ,
Ambitio, laudumque sitis, famæque cupido,
Excellit Cos magna animi, & virtutis origo,
Ingenitque comes, justique ministra laboris
Percellit, multaque sinus pruriginis tangit.
Jamque illi secretæ artes, atque alta placebat
Pallas, & ad claros studiis tendebat honores;
Sed virtus inclusa sinu majoribus illum
Exacuit stimulis & ad ardua munera pellit.
Non illum fucatus honor, non splendida vitæ
Ambitio, non vota Patris, non jura Bonorum,
Non blandæ tenuere preces, obstacula victor
Proterit, instantisque DEI mandata capessit
Legitimus virtutum hæres, quo nullus ad alta
Purius infans tendebat sydera palmas.
Illius in gremio Cælo demissa supremo
Magna sibi pietas folium, sedemque legebat;

Hæc ovis monstrabat iter, quo ad celsa polorum
Itur, & ad superos Cælorum scanditur axes.
Non ita primævis Aquilæ generosus in alis
Pullus, ubi roseum Phœbus referavit Olympos,
Plumarum audaci sequitur tonamine Matrem,
Ut Magni Sacra Ducis vestigia tentat
Grege ovium, similique animos virtute colorat.
Scilicet ille oculis habitans decor, illa venustas
Virtutis, morumque nitore, pietasque, fidésque,
Et laudandarum compendii plurima rerum
Diripere animumque mihi, penitusque medullas.
Nec solum mihi triste fuit, quod me AUSTRIA furtum
Læta fremit doluisse: mea pia turba, sorores,
Omnes *Salzicola*, FRANCISCI gaudia, *Nympha*
Horruerunt gratos dulcis modulamine linguæ
Alternare sonos, & convivente resulu
Mollibus in pratis solitas ætare choreas.
Nil læti auditum est; velut, si indicata fuissent
Omnibus ex pacto, seu lese silentia sylvis.
Omnis ager siluit, quin & siluere volucres,
Quæ strepero exurgunt, nemora omnia cantu:
Unica sed noctis excita, *Amata* querelis
Adgemit, & paribus respondens vocibus Eccho
Terrificat pavidos lugubri voce colonos.
Aureus infolita sese caligin Titan
Involvens, tenebris pronum caput abscondebatur;
Ipsaque mox niveum spissaferrugine vultum
Totum obvelabat rutili sors aurea Phœbi;
Et sine sole dies ibant, sine sydere noctes.
Sed neque confuetos retinebant flumina cursus;
Ipsæque jam multa prætextus arundine ripas
Submersis summo lugebat gurgite *Salza*
Discessum FRANCISCI Tuum, plorabat acerbo
Murmure, & insolito frenitu testante dolorem.
Dixerat: Et lachrymis gremium gemebunda replebat
Sermonem retinens. (atque dolor ora repressit)
Protinus ergo specus, tactasque relinquo latebras,
Et gressum accelero, consblaturus amore
Infanam, luctuque simul; visusque, stupentem
Aggredior dictis: Quis te Pulcherrima Nymphas
Inter *Salzicola* dolor, aut quis pectora morius
Curarum vellit? Quondam inter prima Sodales
Quæ procedebas Regali splendida luxu;
Cur nunc spreta jaces, veteremque exuta decorem,
Purpureas laniata genas, acerata capillos
Deturpas miserè lachrymis forantibus ora?
AUSTRIA nempe, tuos nunquam miserata dolores
Omnia cum fido retinet tua gaudia sponso,
Atque Deum studio nimium tumefacta superbit.
Nullum hoc Divorum scelus est, ne Numina culpes,
Accusæve Deos; hoc immutabilis ordo
MAGNORUM, & ratio posuit iustissima rerum,
Sic superis, sic terrarum placuit Magnis Diis.
Quare age sis, nimio tandem indulgere dolori
Desine, & immodicas plangitur abiice curas:
Lætitias cor pande novis; lux nempe redibit,
Forsque brevi (si, quæ meos fugerit omnia vertant)
Cum Tibi FRANCISCI, frustra indignante sorore,
Restituet nostras in spes jam pronior æther.
Tum, qui jam cecidit noster decor omnis, & omnis
Gloria se nostris reddet fulgentior oris.
Prima renascentur nobis tum gaudia, solumque
Jam magè propitio formosior ibit ab axe.
Vix ea fatus eram; cum circumfusa repente
Scindit se nubes, & in Æthera purgat apertum.
Hic utrique sacra gelidus formidinis sanguis
Dirigit, cecidere animi, calor ossa reliquit.
Dum patet interea domus omnipotentis Olympi,
Cynthius Aënidum doctæ pomitante coronâ
Improvvisus adest, clarâque in luce refulget,
Lampada fumantem quassans, motansque superbis
Igniferum Diadema comis, sicque ora resolvit:
Quid tantum infans jvat indulgere dolori
Alma meis nutrix nunquam non mitis alumnis,
Amnicolas inter primò recreanda forores?
Exere jam pavidos fædo de pulvere vultus,
Nec lachrymis corrumpere genas, nec lumina fletu.

Quin potius jam muta animos, jam plectra fidesque
Corripi, jam plausum ingemina, jam exporrigere frontem,
Et cape, quæ melius mittit solatia Cælum.
Scilicet ex alto jam spes nova surgit Olympos
(Vel res ipsa magis) quæ te melioribus annis
Restituat, reddatque Tibi, quem, ignara futuræ
Sortis, singultans mæstissima suspirasti.
Ergo mœroris, veterumque oblita malorum
Dide serenatam pulsâ caligine frontem:
Nam si nata fuit justæ leges ulla Tibi unquam
Lætitia, & superum si Te Clementia vultu
Contuita est placido, ac risu dignata sereno,
Id fastum nunc tempus adest, quo luce nitente
Contigit, aptatum pridem, Tua Mœnia sponsum
Indugredi, firmamque istic sibi querere sedem.
Lux sperata nimis, blandi lux aurea Cœli,
Lux sacra, & celebri passim decoranda triumpho!
Quare agè fœdatam illuvie jam pone lacernam,
Signaque mæstitiæ, veteres mox abice pannos;
Gemmea tam fœdè sparso, age, vitta capillos
Nectat, & obrizum nova firmata fibulet aurum:
Seu juvet cebalio radiare serenius oïtro
Seu tenuis nitida rallæ splendescere bysso.
Singultus taceant, redeat sine nube serenum
Fronte jubar, pulchrâque suis decore aureus ori.
Jam plausum ingemina, jam pleno pectore totam
In nova festines diffundere gaudia mentem.
Hæc ubi, Pteridum blandè applaudente corona,
Cynthius; ingenti cum Majestate fluentem
Sermonem sinit.
In Cælum ignitis sese tunc elevat alis,
Et vacuum celeri fertur per inane volatu,
Concutiensque comas festivos sparserat ignes.
Hic ruit in plausus Nympharum prima superbos
Atque triumphales fremitus, & júbila miscet:
Mox etenim insolito collucent compita luxu,
Pulsatæque sonant multo clamore plateæ;
Omnes lætitiæ exultant, Matresque Virique,
Et juvenes, tardique senes, teneraque Puellæ;
Undique denfato accurrunt examine Cives
(Vixque per obstantes ulli datur ire catervas)
Et totis spargunt communia gaudia membris.
Ancipiti hic gladio micat, hic mucrone corusco,
Loricâ hic fulva, rubro hic thorace nitescit;
Hic flamma, cannæque tonat; ferit æthera clangor.
Marta gyrantr colubrinum firmate signa;
Tympana dant sonitum, sonitu teres insonat illi
Fistula, & arguto vegetat modulamine pulsus.
Ære sonant turres, resonant in mœnibus Urbis
Exonerata globis tormenta, & turbine spisso
Subtexunt nubes; tonitru Cælum omne remugit.
Consonat omne nemus strepitu, montesque resulant.
Talis in urbe status fuit orta à luce, frementes
Cum primùm Titan junxit temone Caballos;
Donec jam medio cursum obliquaret ab axe
Pronior in noctem: tum cunctis ritè paratis
Mœnia Magnifico ingreditur pompofus ovatu
FRANCISCUS, sacra Procerum comitante coronâ.
Præcedit, Dominumque suam deducit ad Aulam
Gentis Apollinæ flos Nobilitatus honorus;
Ponè Megistanes, stirpisque Heroës avitæ.
Inde Magistratus plebis Moderator, & Urbis,
Prætextatus adest, submissaque pectora lætus,
Et capita inclinat, circumstipantia fido
Pontificem obsequio.
Risit adhæc Dea, & hæc blando superaddidit ore:
O Cleri, Proceresque Urbis! quis gaudia fando
Nostra ferat? narræque, meæ penetralia mentis
Quanta complerit vester dulcedine plausus.
Fortunata dies, nostris qua lætor gales
Nulla fuit, nunquam nobis meliore revexit
Sol aliam curru; nunquam exilue jugales
Promptius, & rutilum spirarunt lætius ignem.

I. O. G. D.